



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Sanctiſimè moritur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

nex, ego moriar. Ceterum verã fuif-  
se ipfius prædictionem docuit euen-  
tus; quandoquidem ea ipfa die, poft  
fextam noctis horã è vita migravit.

*Sanctiffimè moritur.*

**P**Hilippus interea triduo ante o-  
bitum diuina luce, ac dulcedine  
vberius fortè quàm vnquam antea  
delibutus, vt qui fe ad nuptias agni  
euocari sentiret, Sacrum incredibili  
animi lætitia, ac voluptate faciebat  
quotidie. Octauo Kal. Iunias, qui  
dies eo anno & facratiffimo Christi  
corpori facer, & eius vitę poftremus  
fuit, rem facram quafi caneret gau-  
dio, peregit. Initio sacrificij oculos  
in villas ad fancti Onuphrij Tem-  
plum fitas coniecit, tãquam aliquid  
oculorum effugiens obtutum cer-  
neret: porrò quid ille tum viderit,  
eo, qui folus norat reticente, omnes  
latuit.

Magnam eius diei partem in con-  
fessionibus audiendis conumpfit,

Vitæ lib. 3.

Cc 5 mul-

multosque ex alumnis suis ipse manibus Eucharistia muniuit.

Hoc perpetuo triduo ubi è lecto mane surgebat, in eo postea nūquā, quòd firma vteretur valetudine, nisi noctu stata hora cubare visus est: eo verò die, qui vitæ supremus fuit, cum illum Angelus Victorius adiisset; non viso te, inquit, Pater mi, vt medicus, sed vt amicus: ex eius cubiculo egressus; Philippus, mihi, aliisq; dixit, adeò rectè valet, vt ne ab hinc decem annos ita viribus valentem, vt nunc compererim.

Eodem die Philippus mortem etsi imminentem sibi diuinitus nosset, vultu tamen lætitiā præseferbat: aduentātes amicè complectebatur, Sanctorū historias, quas Franciscus Zazzara legebat, audiebat attentissimè: eiusmodi enim lectione magnopere delectabatur. Interea cum S. Bernardini Senen. vita legeretur, venit ad eum Augustinus Cusanus Card. Hieronymo Pamphilio Rotē

Audi-

Auditore comitatus : accessit ijs paulò post Spinellus Bencius integerrimæ vitæ vir , primus Politiani Episcopus : Hi diuino officio cum Beato Philippo recitato tandiu ibi mansere, dū dies in vesperum inclinaret ; nocte aduentante domum quisque remigravit.

Sub horam primam solita Vir Sāctus parsimonia cœnauit : à cœna ita benè valebat, vt antea, nullum signum in eo apparebat, quod faceret non mortis modò, sed ne leuissimi quidem morbi leuissimū indicium : adeò præterea lætus erat, vt omnia alia crederes, quā ipsum paucis post horis è vita migraturum. In lectulo cum esset, satis gnarus adesse sibi supremam horam, astantibus primū dicere cœpit ; en morimur omnes. Quota deinde hora sit, rogat ; cumq ; tertiam noctis horā esse didicisset, illico quasi secum ipse loqueretur, dicebat , tertia hora est, sed huic si addantur binæ , quinta  
hora

hora erit, si ternæ, sexta; tum ad nos conuersus; abite vos cubitum: hæc autem dum loqueretur ita se fortiter gerebat, vt satis ex dictis, gestisq; appareret magna eum exultare lætitia, vt qui cælestibus iam perfrueretur voluptatibus.

Ergo nos, qui aderamus, nihil admodum periculi suspicantes cubitum discessimus: sub horam sextam vix me somnus complexus erat, cū repentè excitus, Philippum deambulare sentio: timore perculsus è lectulo celerrimè surgo, non minore celeritate seminudus propemodū sola talari tunica ad subuculam coopertus accurro, lectuloque insidentem reperio, cui fauces sanguine, vel pituita ita repletæ erant, vt eorū impetus iure, meritòq; timeri posset: id ego cum cernerem, quid sibi accidisset rogo; qui mox, vltima mihi ait, instat hora, emori iã incipio.

Cæterum cum solus apud eum essem, nec solus opem indigenti ferre  
possem,

possem, ad Alexandrum Alluminatum illico aduolau: is nulla interposita mora secutus est me: interea dum medici expectabantur, quoniã vis morbi vrgebat, cucurbitulas sine ferro ei admouimus, ad fricationes recurrimus, à brachijs, cruribusque incœpimus, à thorace abstinuimus, fascia demum ad sanguinem supprimendum coxas, brachia, & crura adstrinximus: medicamenta quamquam multa adhibebantur, nullum tamen erat, quod ei prodesset: remedium Philippus respuebat nullum: intra quadrantē horæ, aut paulò plus eo pituita, qui in fauces descenderat, mansit: fluxio nulla erat, fauces liberæ: expeditè, & perfacilè currens oratio, mortis periculum eum euasisse crederes: sed hæc breuia fuêre; quandoquidem ille ad nos conuersus; si alia, inquit, vobis medicamenta non suppetunt, manete, quippe quia cum morte iam luctari incipio. quibus dictis, vt

sibi

fibi ipsi vacaret, conticuit.

Verùm quò plus supremis appropinquabat, hoc magis se mortem contemnere palàm indicabat astantibus, super lectulum. n. vbi iacebat, quasi eam ad pugnam prouocaret, sedentis instar alleuat sese: durauit tandiu in eo habitu corporis, in quem se tum composuerat, donec spiritum halauit.

Aderat iam Philippo suprema hora, cum Patres omnes accurrunt, & quem paulò ante viuum, atque incolumem reliquerant, penè mortuum præter opinionem offendunt: Hinc lacrymæ illico cunctis cadere incipiunt præ dolore quasi pueris.

Tanti viri iacturam nullus erat, qui non lugeret; & quis morientem Philippum intuitus lacrymas tenere potuisset? qui sui ipsius oblitus nihil amauit magis quàm alijs prodesse.

Interea Patribus communem parentem insolabiliter plorantibus, eius animam Cæsar Baronius lacry-

mas

mas precibus miscens Deo, Sanctif-  
que de more commendat: quo per-  
acto admonitus à medico, Philippo  
mortem instare, ad illum mox con-  
uersus; heus tu, Pater mi! clamare  
cœpit: quid causæ est, quòd nullum  
nobis verbū dicis? alloquatur que-  
so, Pater filios, quos Christo tanto  
labore genuit: eripiat rogo, filijs tã-  
tum dolorem, aut minuat saltem:  
vbi benedictionem filijs tribuerit  
Pater, tum eorum minuet dolorem.  
His Philippus auditis, oculos con-  
festim in cœlum tollens aliquantu-  
lum orauit pro filijs: supplicatione  
completa astantes intuitus, quasi  
sua eos benedictione muniret, nul-  
lam passus vel minimam membro-  
rum distorsionem, sine vllò mole-  
stia signo ipsa iam morte, cuius cæ-  
teri vel nomen horrent, fortior, pla-  
cidissimè efflauit animam, octauo  
kalendas Iunias: erat eo anno dies  
sacra Corporis Christi solemnitate  
celebris, intra horã sextã, vt prædi-  
ctioni

ctioni



ctioni responderet euentus, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto.

Iesu Christi anno  
1595

Clem. VIII. Pap. anno  
4

*Multis vita functus apparet.*

*Ei iurei  
iuratos te-  
stes duos  
habemus.*

**E**O ipso momento, quo Philip-  
pus expirauit, multis ostendit  
sefe.

Virgini cuidam, quæ pietatem egregiè sequitur, se simulac è vita decessit per somnium obtulit: sed feminæ de nescio quibus scrupulis sermonem cum eo in longius protrahenti; sine me, ait, in itinere enim sum; fatisiam, & plusquam fatis illi (alumnos suos significabat) me remorati sunt. Hęc effatus sublimis abiit.

*Id præter  
eam Virgi-  
nem duo  
alii sacer-  
dotio præ-  
diti sacra-  
mento te-  
stati sunt.*

Hora eadem, atque etiam pun-  
cto temporis eodem Virgo altera  
Deo sacrata vidit in quiete Beatum  
Patrem candida veste indutum, cæ-  
lesti micantem luce duos inter iu-  
uenes

uenes